Eiusdem — Debitum

Coram officio et actis praesentibus castren[sibus] capitan[ealibus] Branscen[sibus] atque Generoso Christopho
Niendadowski per magnificum Franciscum Joannem Lesniowski Branscen[sem]
Capitaneum in loco officii dni subdelegato personaliter comparendo idem magnificus Capi-
taneus Branscen[sis] et magnifica Anna Sapiezanka consors ipsius ad eiusdem
mariti sui authoritate sani mente et corpore existentes palam ac libere reco-
gnoverunt Ex gratia magnificis Martino Hyskowski et Leonorae Sapiezanka
coniugibus sex millia et octingentos florenos pol[onicales] debiti certi veri ac legi-
timi mutuataeque pecuniae teneri ac debere et pro certo termino magnificus
dignitatis suae futuro parata pecunia persolvere se de omnibus bonis cum
possessionibus suis praedicta pecunia persolvere submittunt ac inscribunt sub vadio
simili aliorum sex millium et octingentorum florenorum pol[onicales] in defectum solutionis
pro tempore praefixo ad solvendum succumbendo Et coram officio praesenti in primo
citationis termino peremptorie ratione realis et effectiva ab officio non recre-
dendo satisfactione Cum omnibus contrariis exceptionibus allegationibus evasionibus
dilationibus quibusvis appellationibus ac causarum prorogationibus generaliterque
omnibus defensis et beneficiis juris nec non legalibus impedimentis etiam
de jure concessibilibus se et suos successores renuntiando.

Hrymiewice — Donatio

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparens Nobilis Anna Ruina filia olim
Stephani Jaskowic Hrymiewicki consors legitima Nobilis Martini Proko-
pik Hrymiewicki cum eiusdem mariti sui ibidem tutoris coniugalis personali
assistentia et consensu praesentaneo sana mente et corpore existens palam ac
libere recognovit Quia Nobili Philoni et Nicolao Hrymiewicki eiusdem
successoribus bonorum suorum immobilium in haereditate Hrymiewice consistentium
Cumenam sex sutkowi na jagnisach per sex stadia a meta Hrasnowski
ad metam Patkowa extenden[tem] inter metas eiusdem Philonis et Ihnat
Hrymiewicki jacen[tem] cum agris pratis et omnibus utilitatibus nullis exceptis dedit
donavit ac inscripsit, Cui jam ex nunc intromissionem cum possessione officio
acceptandum admittit Submittendo se cum suis successoribus de omnibus
bonis memoratum donatarium et eius posteros circa praemissa sub omni
impedimento juridico vero evincere et tuta per se et per subordinatas personas
non inquietare sub damnis tribus Et coram officio praesenti peremptorie renuntiando
omnibus juris remediis et defensis se et suos successores in abrenuntiando.

Actum in Curia Regia Branscen[si] Feria Quar-
ta in Vigilia Festi Sanctorum Petri et Pauli Aposto-
lorum Anno 1651

Glinnik G. Skiwski Notarii C. Bran[scensis] — Obligatio

Coram officio et actis praesentibus atque Generoso Martino Sarnacki Gladifero
Terrae Livensis per magnificum Franciscum Joannem Lesniowski Bran-
scen[sem] Capitaneum in locum officii dni subdelegato personaliter comparendo idem
magnificus Capitaneus Branscen[sis] ac magnifica Anna Sapiezanka eiusdem
magnifici Capitanei Branscen[sis] consors legitima cum eiusdem mariti sui ibidem tutoris
coniugalis authoritate sani mente et corpore existen[tes] palam ac libere magnificum

Quia Generoso Joanni Skinski Notario Castren(si) Cracovien(si) et suis legitimis
successoribus (qui Generosus Notarius in loco officii Notariatus Nobilem Ansel-
mum Gablowski subdelegavit) villam suam propriam haereditariam Chmielnik
Cum Curia Praedio et omnibus aedificiis ibidem stantibus agris pratis campis
piscinis stagnis lacubus praetentione piscium silvis rubetis pro neces-
sitate tamen Curiali et reparandis sepibus atque foco succendendis et non ex-
quirendis nec devastandis subditis eorumque quibusvis fundis hortis censibus pensio-
nibus proventibus censibus pro nodis dierum laboribus et cunctis obedi-
entia (nec non seminatis hiemalibus et vernalibus) et Curiae proventibus pro-
cedentibus seminatisque hiemalibus et vernalibus nec non generaliter cum
omnibus ac singulis utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinentiis nihil
sibi ibidem nec suis successoribus reservando sed prout eadem bona tam per
Magnificum Castellanum Podlachiae parentem suum quam et per Generosam
Catherinam Rytelowna Trzebiska et alias quasvis personas [illegible]
in suis limitibus in longum et latum nunc et ab antiquo extendunt et [illegible]
pa soli tenuerunt habuerunt et possidebant iuxta inventarium inter se [illegible]
eorundem bonorum conscriptum manibus suis (et certorum amicorum) subscriptum
in Summa octo millium flor(enorum) numeri et monetae pollon(icae) in Regno currentis
hinc et a festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxime praeterito ad
decursum trium annorum immediate se sequentium et in defectum pro tunc
exemptionis a triennio ad triennium et sic usque ad exemptionem eorum
m(ae) Octo millium flor(enorum) post integram et indivisam exbursationem obligaverunt
ac inscripserunt Cui jam ex nunc intromissionem realem cum adnotatione ac [illegible]
possessione per ministerialem Regni Generosum et Nobiles duos accepturam dant et admit-
tunt Submittentesque se iidem recognoscentes ambo mutuo et invicem
et quilibet eorum seorsum in toto quam et in parte de omnibus in genere
ac singulis in specie bonis suis mobilibus et immobilibus haereditariis obli-
gatoriis summatisque pecuniariis et quovis modo et iuris titulo competentibus
in quibusvis Palatinatu Terra et Districtu consistentibus habitis et haben-
dis possessionem suam ad id de eisdem bonis cessando ac inscribentes
eundem suum tenutarium et eius possessionem occasione quorumvis ab omni impe-
dimento juridico quarumvis personarum propinquorum et remotarum toties quo-
ties durante huiusmodi iure obligatorio opus et necesse fuerit tueri de-
fendere evincere et liberare intercedere pacificare et tam per se quam
per quasvis submissas et subordinatas personas non iniuriare imo ea
bona ab omnibus oneribus iuribus inscriptionibus summarum advitalitatum
debitorum et aliis quibusvis prioribus et possessionibus exonerare semper
munda et libera eadem omnia sine aliquorum eorum [illegible] facere sub
vadio simili altiorum octo millium flor(enorum) post in defectum evictionis seu praescr-
iptae possessionis ad solvendum succumbendo et coram quovis Judicio
et officio Regni Castren(si) ac Tribunalio Regni [illegible] in primo
citationis termino peremptorio [illegible] et officina ab officio [illegible]
judicio illo non recedendo satisfactionem Omnibus contrariis [illegible]
allegationibus evasionibus dilationibus quibusvis appellationibus ac

earum prosequutionibus aliisq[ue] in universum juris remedijs et defensis ac lega:
libus impedimentis etiam de jure concessibilibus se et suos successores uti absci
bendo et abrenunciando sub amissione cause et suorum successorum

Inter eosdem intercisa Roboratio

Coram officio et actis praesentibus atq[ue] Generoso Martino Czarnacki per magnificum Franciscum Joannem Lesniowolski Branscensem Capitaneum in locum officij sui quo ad eum actum attinet subdelegato personaliter comparentes idem Magnificus Capitaneus Branscensis ac Magnifica Anna Sapiezanka invicem coniuges ipsaque quidem Anna cum eiusdem mariti sui authoritate ab una et Generosus Joannes Skinski Notarius Castrensis Bransc. qui in locum officij sui Notariatus Nobilem Andream Marchwam Jablonski subdelegavit partibus ex alia sani mente et corpore existentes palam ac libere recognoverunt quia ipsi intercisam certam inter se ratione obligationis bonorum Glinnik dedutam in Bransko die hodierna octava Junij confectam item et inventarium respectu eorundem bonorum conscriptum manibus suis et certorum amicorum subscriptam vadio octo millium florenorum polonicorum firmatam in omnibus eiusdem intercisae et inventarij punctis clausulis articulis conditionibus approbant confirmant ratificant Eaq[ue] omnia in intercisa et inventario expressa tam in toto quam in quavis minima parte ijdem ipsi recognoscentes mutuo et invicem de omnibus in genere et singulis in specie bonis suis mobilibus et immobilibus habitis et habendis potentiam suam ad id de eisdem bonis onerando submittunt ac inscribunt tenere ad implere perficere et exequi ac inviolabiliter observare sub vadio octo millium florenorum polonicorum in defectum alicuius conditionis per partem aliquam expletae ad solvendum succumbendo et coram quovis judicio officio Regni tandem cuiuslibet Palatinatus Terrae et Districtus primum et tribunalis cuiuslibet subselli in primo citationis termino peremptoria responsione realiq[ue] et effectiva ab officio non recedendo satisfactione omnibus condi[tionibus] exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus quibusvis appellationibus ac earum prosequutionibus aliisq[ue] in universum juris remedijs et defensis ac legalibus impedimentis etiam de jure concessibilibus se et suos successores uti abscribendo et abrenunciando.

Pęski Banki Donatio

Coram officio et actis praesentibus personaliter comparentes Nobilis Oximka consors Nobilis Thomae Radisewski et Raina consors honesti Iwan de Orechowice filiae vero olim Nobilis Kondrat Barkowski cum eorundem maritorum suorum ibi (?) coniugali personali assistentia et consensu praesentaneo sanae mente et corpore existentes palam et libere recognoverunt Quia Nobili Mathaei filio Nobilis Laurentij Pęski in Banki haeredi et illius legitimis successoribus bonorum suorum immobilium in haereditate Banki consistentium ex post parentes suos concernentium in primo campo duos cum medio sulcos a pariete Nowniego ad Zeg Jarmocow (?) situatos inter metas Kornilo (?) haeredum Mathei jacentes item in alio campo duos cum medio sulcos a mita Zacharia ad paretem arcis (?) inter metas olim Hryniewicki et Iwan de Orechowice item in tertio campo sulcum unum jaci a gradu Orechowicka ad Pasieken Pietkowska

inter

[margin, vertical:] Ide in Grodzie in rem. … Vice Capitan … Brans. …